

**3340** litteris rudibus. Pescarae apud Capucinos.

PSYLLVS ·  
SEPTIMAE · CON  
ET · METHENI · F

Toppi in adversariis f. 380 (inde Capasso p. 6).

**3341** [=5281] Pescarae LIGOR. Histonii in aedibus iurisconsulti Lucii Canacii GVD. VIT.; in casa di M. Giuseppe Antonio Canaccio STEPH.

Q · TINEIO · DORO · PATRI  
PVLCRIE · DOMNE · MATRI  
PARENTIBVS · DVLCISSI  
MIS · AC · PIENTISSIMIS · Q  
5 TINEIVS · PRIMIGENIVS  
FILIVS FECIT

Quattuor exempla supersunt Ligorii Taur. 13; Phoebonii apud Gud. ms. 881, 3, ed. 260, 10; Stephanonii cod. p. 44; Viti ms. et ed. apud Marchesanium gab. p. 28. Ab hoc pendent posteriores: Pollidorus ms. f. 327; Mur. ms. fasc. 20, ed. 1281, 11 a Pollidoro;

de Benedictis in schedis; Romanelli scov. Frent. 1, 207, qui interpolavit; Marchesani n. 43 ex Romanellio potissimum.

In vv. div. consentiunt Lig. Gud. Steph. — 1 TINNO Steph., TINNO Lig. Gud. Vit. (testibus codice et Poll. Rom.), TINNO Bened. — 2 PVLCRIE Lig. Gud. Steph., PVLCHRAE Vit. (sic Bened., PVLCHRAE Poll., PVLCHE vel PALCHE cod., ET·PVLCHRAE Rom.). — DOMNI·MATRI Lig. Steph. Vit. (Bened. Poll., DONNI vel DENN MATRI cod., MATRI omissis reliquis Rom. ex interpolatione), DOMNI..ATR.. Phoeb. — 4 AC] ET Lig. Rom. — 5 TINIUS Steph., TINEIS Gud., TINVIS Lig., TINICVS Vitus (ed. et Poll. Rom., FVNICVS codex, TINNIVS Mur. cum Bened. et March.) — PRIMICENIVS Vitus (cod. et Bened.), PRIMICINIVS Steph., PRIMICINVS Lig.

### LXXIII. ANGVLVS (Spoltore).

Angulus oppidum relatum inter Vestinorum a Plinio (3, 12, 106: *Angulani*) et Ptolemaeo (3, 4, 59: Ἀγγολος) ubi fuerit aliquatenus indicant itineraria (supra p. 204); scilicet Peutingeranum cum inter Ortonam et ostia Aterni recte numeret m. p. XVI, Antoninianum m. p. XXI ita ponit, ut ab Ortona eatur Angulum m. p. XI, inde ad ostia Aterni m. p. X. Iam cum tituli cum pridem tum maxime his ultimis annis eruderati evidenter demonstrent Spoltorii Romana aetate oppidum fuisse rem publicam habens, vicus ita situs est, ut ab Ortona per eum qui

iter facit item per circuitum ad ostia Aterni perveniat, maxime ubi me-mineris Aternum antiquum situm fuisse in sinistra ripa. Itaque missum facimus, quod vulgo hodie Angulum collocant ibi ubi nunc est Civita S. Angelo propter hanc quam volunt nominis similitudinem itinerario contradictentes. Nam Civitas illa S. Angeli, unde adhuc antiqui nihil omnino prolatum est, non est inter Ortonam et Aterni ostia, sed inter haec et ostia Vomani.

**3342** Spoltore rep. m. Sept. a. 1876 dum nova domus ibi fit; est in apotheca domus Iohannis de Leonardis. Recens exemplum extat ibidem in domo Cocciafina.

IMP · CAESARI · DIVI · F  
AVGVSTO · COS · XI u. c. 731  
TRIBVNICA · POTESTATE

Dressel descriptit. Cherubini apud Fiorellium Not. degli scavi 1876 p. 145.

**3343** Spoltore in claustro minorum observantium CIR. DRESSEL. Infra titulum legitur litteris Gothicis: I-C-N-P-N-V-MO.

C · CAESARI · AVGVSTI F  
PO·T · COS · PRINCIP·  
IVENTVTIS

Dressel descriptit. Cirelli regno delle due Sicilie 17, 134.

**3344** [=6105] in oppido Spoltorii in ecclesia S. Pamphili PED. 'Io Niccolò Toppi volendo leggere la detta iscrizione intesi dal P. Guar-diano di detta chiesa per relazione di alcuni reverendi vecchi . . . che alcuni anni sono per far calce fu rovinata la detta base' TOPPI in adversariis f. 257.

IMP · CAESARI · DIVI  
TRAIANI · PARTHICI  
FIL · DIVI · NERVAE  
NEP · TRAIANO · HA  
5 DRIANO · AVG · PONT · MAX  
TRIB · POT · VII ·  
COS · III p. C. 123  
D · D · P

Pedemontius apud Victorium f. 88; Pansa in cod. Toppiano f. 208 et denuo f. 257 (citata varia lectio non addita Capassus).

6 PO·VII· traditur.

**3345** Spoltore rep. cum n. 3342, est in aedibus Antonii de Damaso sive Cocciafina.

IAEV · T · L  
chrESTVS · SEVR  
iaEA · T · L · DECORA  
stBI · FEC · ET ·  
5 SOPHO · F

Dressel descriptit. Cherubini apud Fiorellium Not. degli scavi 1876 p. 145.

**3346** litteris vetustis. Spoltore rep. cum n. 3342; extat in domo Ioh. de Leonardis in apotheca.

ESTOR · L · E  
SIDAS · EI /

Dressel descriptit. Cherubini apud Fiorellium Not. degli scavi 1876 p. 145.